


# ARITHME

TICAE LIBER PRIMVS QVI EST DE LO-  
GISTICA SEV DE ARTE COMPV-  
TANDI AVTHORE IOANNE  
NOVIOMAGO

ARITHMETICA VNDE DICATVR

*accam per omnes propemodum artes esse fusam.*

*Caput primum*



Rithmeticam à numeris esse dis-  
tinctam perinde atq; Grammaticam  
à litteris, satis ex nominis  
ratione constare arbitror. Nec  
ullum inuenio studium, quo citè  
rectius cōferre possem hanc nu-  
merorum scientiam, ad indican-  
dam proprietatē, usum eius, &  
magnitudinem, atq; grammaticam. Vtraq; enim modis  
cis & tenuibus intijs orta, ad maximam cognitionis  
peruenit (ut ita dicam) operositatem: habentq; plus (ut  
de altera scripsit Quintilianus) operis in recessu, quā  
in fronte ostentationis. Nam cum omnes artes libera-  
les sint aut de comparanda facultate orationis, ut ora-  
toria, poëtica, dialectica, aut de rerum natura cogno-  
scenda ut mathesis, physiologia; quemadmodum illo-

B